

judicis auctoritate, punibile erat, ut ex dictis patet. Ex quibus Aula decrevit donationem servi admittendam non esse ut ad triremes mitteretur, sed ut intra carcерem perpetuo serviret; qua qualitate, suspicio donantis exclusa manebat.

16. Ad secundum dubium deveniendo si juris civilis decisionem contemplamur, pena arbitraria est, juxta responsum Pauli, in leg. si quis diuidit 38. §. qui nondum. ff. de pæn. Verba Confulti sunt haec: *Quinondu viri potentes virgines corrumpunt, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam relegantur.* Et quamvis ad eam sint clara, ut interprete non egeant, probant hanc conclusionem Guido Pap. decif. 555. num. 2. Paulus Grillan. de pæn. omnis. coit. quæst. 7. numero 2. Thomas Grammat. decif. 22. n. 2. Jul. Clar. in §. stuprum, n. 9. & ibidem Baiard. n. 45. Menoch. de arbitr. cas. 294. num. 3. Petr. Gregor. lib. 36. syntagmat. cap. 9. num. 9. Peguer. decif. 42. n. 17. per tot. Farinac. quæst. 147. numer. 38. & 43. Thesaur. decif. 148. per tot. Caball. cas. 20. n. 1. 4. & seqq. Vincent. de Franq. decif. 334. n. 2. & ibi Navarr. in addit. Joan. Bapt. de Thoro, in Comp. decif. part. 1. verb. stuprans virginem immaturam, Ant. Matthæus, de criminib. 48. ff. tit. 3. cap. 5. num. 8. & Carpzov. in pract. p. 2. q. 69. num. 38.

18. Sed arguebat ex doctrina Baldi, in l. si quis non dicam rapere, num. 1. Cod. de Episcop. & Cleric. quod aperte docet, quod stuprans virginem immaturam pena mortis tenet: cui sententia adhaerent Joan. Faber in §. item lex Julia, de adulteriis, iñstit. de publ. jud. Curtius Junior, in l. transfigere n. 40. C. de transact. Egid. Bossius, in tract. criminis. de coit. damnat. num. 67. Anton. Faber in C. lib. 9. tit. 7. diffin. 5. Fontanella, de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. Gloss. 5. part. 2. numer. 13. cum sequentibus; quos fecuti fuerunt nostri Doctores Hipani: sic Anton. Gomez, in l. 80. Taur. num. 42. Dominus Gregor. Lopez, in l. 3. tit. 31. part. 7. Gloss. 5. & Didacus Perez, in Rubric. tit. 15. lib. 8. Ordin. colum. penult. ad fin. vers. verum autem deflorans: quorum auctoritas magna est, tanquam expertorum opinio- num in praxi receptarum. Et hac potissimum in nostra specie admittenda videbantur; quia Aethiops, servus, & pœnae additus corrumperet tentaverat pueram immaturam, quæ licet humili pro-

genie nata, tamen libera erat. Servi namque in quocumque crimen acris puniendi sunt, Text. in l. aut facta 16. §. persona. ff. de pæn. l. quicunque 8. ff. ad leg. Cornel. de fat. cum simili de jure nostro Hispano Text. in l. 8. tit. 31. part. 7. ibi: *ca mas crudamente deven escarmen- tar al siervo que al libre*, ubi Dominus 21

Gregor. Lopez, gloss. 1. Cum autem adhuc juxta benignorem sententiam, libero mortis civilis pœna irroganda eset, qualis censetur pœna damnationis in metallum, ut tenent omnes Doctores adducti suprà n. 17. ut servus acris puniretur, pœna mortis naturalis irroganda videbatur.

His tamen non obstantibus mitior sententia admisla fuit. Nam omnes Doctores tenentes pœnâ mortis naturalis coercendum esse stuprum virginis immaturæ, loquuntur in terminis diversis à nostra specie: scilicet quando concurredit rapta, violentia, consuetudo delinquendi, aut effractura pudendorum puellæ, ita ut inutilis reddatur ad concipiendum. Sic Baldus loquitur, de puerâ violenter rapta. Joannes Faber, de consuetudinario, Curtius, & Bossius, de rapta, Anton. Faber, in not. num. 9. res stringit cum Claro ad casum violenti stupri; in quibus terminis loquitur Fontanella. Ex nostris Doct. Ant. Gomez, & Didacus Perez de vi illata tractant, & Dominus Gregor. Lopez doctrinam utriusque opinionis proponit. Concurrente aliqua ex his qualitatibus nemini dubium est quod pœna capitis debeatur; ut ferè omnes pro contraria allegati tradunt; signanter Clarus, Farinac. Cabal. & Franq. In nostra specie nulla ex his qualitatibus apparebat. Non rapta, quia non interfuit violenta abductio de loco ad locum, quod necessarium est, ut dixi controvers. 49. numero 17. Vis illata non fuit, nam pueri dolii capax videbatur, ex quo excludebatur presumptio ve- 24 hemens violentia, que resultat quando puella infantiam nondum egressa, dicitur dolii incapax, & non habere velle, vel nolle, ut docet Farinac. dict. quæstio- ne 147. num. 45. & ex nostris Doct. Didacus Narbona, in tractat. de aetate an- no. 7. quæst. 14. ex numero 1. Si enim dolii capax jam est, & consensum praestat, ut in nostra specie apparebat, violentia non infertur. Et præstase consensum videbatur, quia detentus in carcere non potuit pueram querere, sed ab illa qua- rebatur.

rebatur, ex quo voluntas querentis elicitur, argumento Text. in leg. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup. pauper. feci dicat. sic tenuit Farinac. dict. quæst. 147. numero 32.

26. Praecesserant colloquia diuturna, & secrete confabulationes, quod etiam consensum supponit, idem Farinac. quæstio-

ne 136. num. 114. Probabant munuscula, & dona promiscuè oblata, quod in-

dicium est voluntatis, Farinac. dict. quæ-

stione 136. numero 125. & cùm consensus

sit quid latens in animo, signis, indiciis,

atque conjecturis probati, est compre-

hendit, pluribus Farinacis quæstione 145.

numero 145. Neque effraetatio pudendo-

rum pueræ secura fuit, quia quando in-

choatum fuit veneris opus, puella pæ-

dolore acclamante, effectus evanuit, &

reus apprehensus fuit antequam con-

sumasset. Ex quo mitius puniendum

esse tenuerunt omnes, præcipue uter-

que Faber in locis superius citatis. Neque

ex vociferatione pueræ indicium in

hac specie resultare potuit alicujus vio-

lentia, ut in aliis, ex Jodoc. Anton. Go-

mez, & ceteris probat Farinac. dict. q. 145.

numero 146. & dict. quæst. 147. num. 150.

Quia evidenter apparuit non ob ag-

gressum vociferasse, sed ob dolorem: qui-

bis addebat, quod hoc indicium eli-

dibile est per alia indicia, & præsum-

ptiones; quia nimis fallax est, ut notat

Giurb. d. consil. 37. num. 37. Et licet dubi-

tari non possit, quod servus gravius pu-

nientus venit, quam liber, non aggredi-

atio pœna extendenda est usque ad

mortem, concurrentibus varietate opini-

onum cum capienda esset favorabi-

llor reo; criminis attentati evidencia, ob-

quod non erat puniendus eodem modo,

ac si consummasset; ac tandem quod pu-

ella honesta dici non poterat, quia cat-

cerem frequentabat, & in assidua con-

versatione reorum versabatur. In supris

enim harum pueratuum mitius agen-

dum esse probat Text. in leg. si uxor. 13. §.

sed in eo, ff. ad leg. Julian. de adulter. leg.

qua adulterium 29. Cod. eodem, sicut plu-

res Doctores tenent, quia sapientia pueræ

licet virginis sint, vitam in honestam,

& meretriciam ducunt; ut probant Fon-

tanac. dict. Gloss. 5. parte 1. numero 49. &

50. Berlich. conclusion. practicar. parte 5.

conclus. 38. numero 7. & Carpzov. dict. quæ-

stione 68. numero 55. cum sequentibus. Qui

accurate notant, quod stuprum pueræ,

vilis conditionis vix punibile est, si vi-

litas respiciat mores, non obscuritatem

D.D. Laur. Matthæus, de Re Crim. Pars I.

natalium. Ex quibus Lucas sapientia distat, 32

condemnatus fuit ad flagellandum, &

serviendum in regis triremibus senten-
tia diei 5. Junii anno 1666. Actuante
Hieronymo de Herrera, Sciba Came-
rali Aulæ.

CONTROVERGIA LV.

De Auriga violentiam inferente mulieri honestæ, quam jubente domino, vehebat in carruca.

SUMMARIUM.

1. Facti species enarratur.

2. Mulierem per vim cognoscens tene-
tur pœna legis Julie, de vi publi-
ca.

3. Sive cum armis, sive absque armis in-
feratur vis.

4. De iure Hispano similem violentiam
inferentes, pœna mortis plectun-
tur.

5. Raptus distinguuntur specie, ab stupro
violentio.

6. Raptus fieri non potest, absque transla-
tione fæmine de loco ad locum.

7. Violenta necessaria ad raptum ade-
fit, si probetur abductio malis artibus
executa.

8. Raptus perficitur, etiam si coitus non
sequatur.

9. Adulterium committit raptor nup-
ta.

10. Adulterium pœna capitali pleci-
tur, maximè si per raptum commi-
tatur.

11. Familiarem Dominorum corrumpens,
acerbius puniatur.

12. Aurigaram perfidia in fæminis veleno-
dis commissa, acerbius coerceri de-
bet.

13. Crimina regulariter levius puniuntur,
effectu non sequito.

14. Raptus, & vis illata fæmina honestæ;
non sequito effectu, eadem pœna pu-
niatur, si ad actum proximum perveniat.

15. Verum hoc de jure communi, solum pro-
cedit in raptu Monialis.

16. Secus in raptu alterius fæminæ, quia
desideratur legitima probatio que-

Nn inclus

- includit effectum.
- 17 Dispositio legis, si quis non dicam, C. de Episcop. & cler. ius recepta non est, nisi respectu monialium.
- 18 Idem procedit respectu leg. 2. tit. 31. part. 7.
- 19 Dubia sententia interpretanda favore rei.
- 20 Precipue in delictis carnis, ob pravam propensionem nature.
- 21 In puncto juris certior est sententia minor, sed acerbior magis per Doctores recepta.
- 22 Raptus requirit violentam abductionem domo.
- 23 Aut de itinere publico in eremo, ad alium locum animo retiendi.
- 24 Abductione una camera ad aliam, vel per modicam distantiam, non est raptus.
- 25 Violentia in raptu debet fieri persone.
- 26 Adulterii pena ordinaria non debetur, effectu non secuto.
- 27 Familiaritatis qualitas non auget paenam, nisi persona domestica fuerit.
- 28 Ad paenam capitalem, non est convenientum, nisi quando alter utilitati publice prospici non potest.
- 29 Deciso Aula, cum speciali circumstantia ad exemplum.

POEMINA quendam honesta, quotidie fermè, visitabat amicam recenter è Regno Lusitanæ adducam, in istius domo usque ad horam nonam noctis permanendo. Paterfamilias eam vehi carruca ad suum domum Aurigæ mandabat. Una ex nobilibus hibernis anni 1667. imbre tempestuosa Auriga cortinas modo solito clauserat, & habitaculo foemine prætermisso, eam abduxit ad septa ultimæ domus urbis, quæ non procubil ipso habitaculo reperiens, & cartucam sistentem, eam ingressus fuit, libidinem explorare conando. Resistebat misera, querendo hujus flagitii causam, & cum dixisset nullam remunerationem ab ea receperisse ob continuatum officium exhibitum, pecuniam obtulit, voblem promisit, quo non obstante ad executionem properabat. Sed foemina validè acclamante, apprehensus fuit per satellitem Curiae, & duos milites Praetorianos, in ipso conatu flagitii caligis jam solutis. Eo convicto, atque confessio, querebatur quâ pena esset puniendus.

Secundum ratione raptus, qui gladii pœna puniuntur per Text. in d. leg. qui ceteris, §. ult. ff. ad leg. Jul. de vi publ. aut exquisiti tormentis mortis traditur, Text. in leg. unic. §. fin. autem in fin. Cod. de rapt. virg. l. 1. Cod. Theodos. eod. tit. Et licet plures confundant violentia crimen cum raptu, crimina specie distincta sunt; ut pluribus probat Berlich. dict. conclusione 41. ex numero 1. & ex nostraribus Azevedo,

Et quoniam multa facinora sub uno violentia nomine continentur: ut dixit Imperator Constantinus, in leg. 6. Cod. de vi publ. & privat. Pœna mortis coercendum esse videbatur, ex plurimis. Primo quia talia patrando tenebatur poena legis Julia de vi publica, Text. in l. mariti 29. §. ult. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. in eadem 3. §. præterea, ff. ad leg. Jul. de vi publ. Quæ licet à principio mortis non esset, postea usque ad mortem extensa fuit, dict. l. mariti 29. §. fin. ff. de adult. junct. l. qui cetero 5. §. ult. ff. de vi public. ut docent Jul. Clarus, in §. forniciatio. num. 32. & in §. raptus, n. 1. in fin. Tiber. Decian. lib. 8. tract. crimin. c. 7. numero 6. cum seqq. Ludov. Peguera, decit. 7. n. 6. Cabal. cas. 20. num. 12. Farin. quæst. 145. num. 130. & quæst. 147. num. 22. cum sequentibus, Anton. Faber in C. lib. 9. tit. 7. diffin. 5. in not. num. 7. Menoch. de arbit. cas. 288. num. 7. Giurba consil. 37. n. 9. & 11. Anton. Matth. lib. 48. ff. tit. 3. cap. 5. num. 8. pluribus relatis Berlich. practicabil. part. 5. concl. 41. numero 20. & Carpzov. in pract. crimin. part. 2. quæst. 69. num. 41. & quæst. 75. per tot. De jure 4 nostro Hispano eadem poena mortis imposita reperitur per Text. in l. 3. tit. 20. part. 7. ubi Dominus Gregor. Lopez: Gloss. 2. & l. 1. tit. II. lib. 4. for. leg. ubi Montal. Gloss. 2. & 3. Expressus etiam Textus, in leg. 12. styl. quam perperam Christoph. de Paz, de raptu interpretatur; nam de vi illata expressæ loquitur ibi: que el que forçare muger muera por ella. Text. in leg. 2. tit. 13. lib. 8. recopil. ubi Azevedo, num. 38. Villadiego. in l. 1. tit. 3. lib. 3. for. judic. n. 4. Didacus Perez, in Rub. tit. 15. lib. 8. ordin. vers. & si ad paenam mortis, Ant. Gomez, in l. 8. o. Taur. num. 41. Joan. Gutier. lib. 1. canon. c. 37. n. 2. don Joan. Vela, de delict. p. 1. c. 29. n. 6. Hier. Cevallos, com. contra com. q. 596. n. 7. & hue absque distinctione, an cum armis, vel sine eis fiat, ut plures ex his Doctoribus tradunt.

Secundum ratione raptus, qui gladii pœna puniuntur per Text. in d. leg. qui ceteris, §. ult. ff. ad leg. Jul. de vi publ. aut exquisiti tormentis mortis traditur, Text. in leg. unic. §. fin. autem in fin. Cod. de rapt. virg. l. 1. Cod. Theodos. eod. tit. Et licet plures confundant violentia crimen cum raptu, crimina specie distincta sunt; ut pluribus probat Berlich. dict. conclusione 41. ex numero 1. & ex nostraribus Azevedo,

ubi prox. & Vela dict. cap. 29. ex num. 3. Neque in nostra specie dubitari poterat quod raptum patrassemus: quia cum sit violenta translatio de loco ad locum libidinis causâ, ut dixi controv. 49. num. 17. & omnes Doctores tenent, hic reus foeminae, quam adducere ad proprium habitaculum debuit, transfluit extra urbem ad locum ea hora devium, ut ex actis resultabat. Et hoc violenter, quia non requiriens, quod foemina obtorto collo ducatur, vel ea relucente, sed sufficit quod infacia, & malis artibus transferatur, ut docent Tiber. Decian. dict. cap. 7. num. 7. Farin. dict. quæst. 145. num. 110. Azevedo in d. leg. 2. num. 55. Vela, dict. cap. 29. num. 8. Ac tandem, quod hæc omnia fierent libidinis causâ, ut exitus demonstravit. Neque relevat quod libidinem non expleret, quia ad incurram penam raptus, non requiriens consummatio libidinis, si per eum non stetit, juxta Text. in l. si quis non dicam rapere, Cod. de Episcop. & Cleric. ubi Baldus, leg. 2. Cod. Theodos. de rapt. Sanctional. ubi Jacob. Gothofredus, Clat. in §. raptus, num. 4. Tiber. Decian. dict. cap. 7. num. 33. Farin. dict. quæst. 145. num. 196. & 209. optimè Anton. Matth. d. lib. 48. ff. tit. 4. cap. 2. num. 6. Carpzov. in pract. part. 1. quæst. 40. num. 21. Quod de jure Hispano expressè cautum reperitur, in leg. 2. tit. 31. part. 7. ubi Dominus Gregor. Lopez, Gloss. 2. Dominus Covarru. in Clement. si furiosus, part. 2. in prin. numero 8. Montal. in d. l. Gloss. 3. Villadiego. in d. l. numer. 4. Anton. Gomez, in dict. lege 80. num. 41. Paz, in dict. l. 122. styl. num. 2. Azevedo in d. l. 2. numer. 88. & Vela, d. cap. 29. num. 18. Zevallos, com. g. 596. n. 25.

9 Tertiò, quia foemina quam violare tentaverat, nupta reperiebatur, atque hanc qualitatem non poterat ignorare, quæ addebat adulterii violenti atrocitatem, quod ex se crimen capitale est: Text. in l. quantvis 30. Cod. ad leg. Jul. de adulter. cum aliis per me de jure nostro notatis sup. controv. 50. num. 19. cum seqq. Et hæc pena maximoperè aggravatur per raptum, ut eleganter dixit Justinianus, in d. leg. unic. §. 1. Cod. de rapt. virg. ibi: Quæ multo magis contra eos obtinere sanctimus qui nuptras mulieres aut sunt rapere: quia dupli tenentur criminem tam adulterii scilicet, quam rapine. & oporet acerbius adulterii crimen ex hac adjectione puniri.

D.D.Laur. Matthæu, de Re Crim. P.I.

N n 2 matrimo

Quarto, quia foemina æqualis conditionis, & familiare dominorum strictissima amicitia comp̄timere conatus fuerat, qua ejus fidei commissa erat; ad hoc ut vicheret in carruca, & hos congregatus domesticarum acerbissime puniunt nostræ leges, ut latè tradii controv. 51. ex num. 12. Et licet in eis solom exasperatur pœna in flagitatem domesticas domus, in qua servitum præstat, negari non potest, quod eadem, & forte urgentior ratio militat in Aurigan, cuius fiduci committitur, quod in carruca vechendum est. Resque pernicioſissimi exempli toleraretur, si isti Carrucatii debitis pœnis non compescerentur, quod in re sibi commissa delinquunt. Nam eorum nequit quotidie augeretur, licet tempore Romanorum jam cœpisset, ut deprehenditur ex Ulpiano, in leg. item quaritur, 13. ff. locati: Matronas namque nobilissimæ, castæ puellæ, virgines honestæ, atque viduæ inculpatæ vice, eorum confidentiæ exponuntur; & si iste abfue exemplari coercitione demitteretur, nihil salvum remanceret, nihilque tutum ob eorundem procacitatem. Nihil expresse in legibus de eis cautum reperitur; sed ea quæ de servis, & famulis domesticis foeminas corruptib⁹ causant, ad eos ex identitate rationis extendi debent, leg. non possunt 12. cum leg. sequentib⁹ ff. de legibus, ubi omnes Doctores.

Sed extraordinaria pœna puniendum respœctu violentia, adulterii, atque perfidie concludebatur, ex regula generali dictante, quod in criminalibus affectus non secuto effectu mitius puniatur, licet pervenitum sit ad actum proximum, ut pluribus probavi sup. controv. 32. n. 20. cum sequent. Quid in delictis carnis potissimum cautum est, in lege 1. §. fin. ff. de extraord. crimin. ibi: perfecto flagitio puniatur capite, imperfecto in insulam deportatur: ubi late Dionys. Gothofred. Sic que de jure civili difficultas versabatur ex raptu, & de jure Hispano, ex violentia etiam; quia hæc duo criminia sequuntur, in dict. leg. tit. 31. p. 7. Sed si juris communis sanctiones scrutemur, in crimine raptus effectus non puniunt nisi secuto effectu, quando rappa non est Monialis. Quia Text. in d. l. si quis non dicam rapere, favore status religiosi late fuit ab Imperatore Joviniano, contra rapportores Sanctionialium, quibus non solum ex raptu, sed ex interpellatione ad

14

matrimonium, vel invitatione ad veniam pœna mortis imponitur, ut latè & eruditè probat Jacobus Gothofredus, in leg. 2. Cod. Theodos. de rapt. & matrimon. fandim. Et cùm dispositio pœnalis, & odiosa sit, non potest, nec debet ex tendi ad alios casus, leg. factum 155. ff. de regul. jur. Pluribus Farin. in fragment. p. 1. lit. E, num. 144. cum seqq. cap. in pœnis, 49. de reg. jur. in 6. ubi August. Barbofa, in collect. & axiomat. 181. numero 20. cum seqq.

16 Sed plures Doctores evidentiâ hujus argumenti convicti allegant Text. in leg. unic. Cod. de rapt. virg. in qua nostra sententia fulcitur; nam in princ. dicitur, ibi: *Maximè cum virginitas, vel castitas corrupta restituī non posit.* & in §. sin autem ad fin. ibi: *& comprehensos in tali criminis post legitimas, & iuri c. gñatas probationes, sine fori prescriptione durissimis pœnis afficiant & mortis condemnent supplicio.* Ex quibus verbis resultat, quod Imperator postquam contemplatus fuit perfectio- nem flagiti, ex corrupta castitate scemi- natum regularem probationem deside- rat, ut pœna mortis imponatur. Per quod excluditur consideratio plurium Docto- rum tenentium, quod raptus perficunt absque effectu libidinis, & sic pœna ejus criminis ordinaria debetur. Nam in dux juxta verba Textus, & considerationem à nobis propositam, flagitium non erit per probationem legitimam, & iuri co- gnitus comprobatum, nisi verificata corruptione castitatis. Et sic ex generali consuetudine, pœna, ex solo conatu ordinaria non imponitur, ut testantur Re- buff. ad leg. Gallicas in proœm. Gloss. 5. nu- mero 28. Hieron. Gabriel. conf. 172. nu- mero 1. & 2. Joseph. Ludov. decisi. Lucen. 13. num. 25. in fin. Nevizan. in sibi nup- tial. part. 4. num. 45. vers. 5. limitat. Pe- guera sibi contrarius, decisi. 7. numero 13. Clarus, in §. fin. queſt. 1. num. 9. vers. item loquendo. Fontanella, de pac. nuptial. claus. 5. Gloss. 6. num. 7. Farin. queſt. 145. num. 213. qui num. seq. fatetur dispositio- nem, dict. leg. si quis non dicam, proce- dere in raptu sanctimonialis ob ejus atrocitatem.

18 Ius Hispanum antinomiam expressam proponit, nam in d. leg. 2. tit. 31. part. 7. clarè caverit, quod in crimine violen- tie, vel raptus ex acta proximo imponi possit pœna ordinaria. Sed in leg. 1. tit. 11. lib. 4. for. leg. expresse dicitur, quod in eisdem criminibus, si perpetrentur cum

effectu copule, pœna ordinaria impo- natur, si minus pœna extraordinaria sit, ibi: *Si algun ome llevara muger soltera por fuerça, por facer con ella fornicacio, y lo faciere muero por ello: y si la llevara por fuerça y no yogniere con ella, peche cién maravedis.* Alphonsus Montal- vus, ibid. Gloss. 3. interpretatur hanc le- gem loqui de rapiente non libidinis cau- sâ; sed perperam, quia verba ipsius Tex- tus repugnant, ibi: *para facer con ella fornicio.* Anton. Gomez, in dict. leg. 80. Taur. num. 40. & Hieron. Cevallos, dict. queſt. 596. num. 11. hanc leg. 1. allegant pro mitiori sententia, sed in vers. sed his non obstantibus, contratam tueruntur, non solute difficultate ex ea resultante: cæ- teri Doctores Hispani ejus non memine- runt, nisi Dominus Covarruv. in Clement. si furiosus. parte 2. in princ. num. 6. & licet num. 8. vers. quod si raptor, sequatur com- munem ex deductis, d. n. 6. in princ. & vers. verum, & d. num. 8. vers. sed in raptu aliquis Monialis, clare colligitur quantum de conclusione dubitaverit, & prælibatam sententiam magna cum con- troversia transire. Neque difficultatem removebis dicendo, quod lex Partitæ tanquam posterior, ut colligitur ex tra- ditis per Dominum Solorzano, emblem. regiopol. 68. num. 13. cum seqq. derogasse, videatur legem fori. Quia ita solutio non procedit extante l. 1. Taur. in qua haec verba habentur, y los pleitos y contiendas que no se pudieren librar por las leyes de este nuestro libro y por los dichos fueros mandados que se libren por las leyes de las sie- te partidas. Quæ quidem dispositio con- firmata est per Regium rescriptum pro- mulgationis legum recollectarum, in princ. tom. 1. ibi: *guardando en lo que toca a las leyes de las siete partidas, y del fuero lo que por la ley de Toro esta dispuesto.* Et sic licet posterior sit lex Partita, per eam judicandum non est, nisi deficiente lege fori. Ex hoc forsitan, licet omnino non explicet, Didacus Perez, in dict. Rub. tit. 15. lib. 8. Ordin. vers. *Quaritur quis rapuit virginem, nostram sententiam tuerit.* Cujus opinio usu recepta est, quia nemo morti traditus visus fuit, absque effectu violationis. Sed demus, quod res dubia remaneat; ex eo solo interpretatio sumenda est favorabilior reo, Text. in leg. Praes. 32. in fin. ff. de pan. 1. favorabili- res 125. d. l. factum 145. ff. de regul. jur. cap. in pœnis 49. de regul. jur. in 6. Re- ward. Cujac. Petri. Faber, & Barbofa. in his jurib.

jurib. Et licet omnia, quæ de effectu, non secuto effectu dicta sunt, limitentur com- munitei in atrocissimis, quod non nega- mus; secundum subjectam materiam atrocissima crimina sunt ex quibus magna calamitas, aut gravissimum scandala- dum, vel exitium sequi potest, ut expli- cat Dominus Covarruv. dict. n. 6. quod eveniret ex raptu sanctimonialis, vel fi- liæ ipsius domini, secus in ceteris, ut per se patet.


21 Hinc crediderim quod in Puncto ju- ris verior est nostra sententia: licet fa- teat communiter contrariam receptam fuisse, tam per Doctores Hispanos, quam exterios, qui tenent, quod pœna ordi- naria debeatur ex raptu, si per raptorem non steterit quod minus copula sequatur: & in nostra specie per aurigam non stet: nam perseverando in flagitio appre- hensus fuit. Sed dubitabatur quod raptus commissus fuisse, quia ad raptum non sufficit quilibet translatio de loco ad locum, sed debet fieri de domo mul- tiuersum ad aliam destinatam animo reti- nendi eam: sic colligitur ex Text. in l. 1.

22 d. tit. 20. parn. 7. Forzar o robar muger virgen o casada, o religiosa, o viuda que viva honestamente en su casa. Quæ con- sonat cum dict. l. unic. ibi: *a domo patris abducitur, notat Vela, d. cap. 29. num. 3.* Et si in Eremo haec fiant, si a via publica abducatur, vel ex oppido ad etremum traiiciatur, ut in d. l. tit. 13. lib. 8. recon- pil. Nulla ex his qualitatibus verifi- catur; nam haec femina non fuit rapta de domo, non ad aliam translata, neque animo retinendi detenta, non violenter ad etremum adducta, sed intra mœnia ur- bis, è vico proximo, ad viam publicam, in qua cessante nocturni temporis cir- cunstantia, concursus gentium reperi- tur. Quæ non animo fecum ducenti, sed facilioris coitus gratia executum fuit: quo in casu, sicut quando puella de una in aliam cameram traducitur, raptus non patratur. Ut docent Clarus, in §. raptus, num. 1. vers. & ideo si quis. Nevizan. dict. num. 46. in 3. limitat. Peguet, decisi. 42. num. 7. Tiber. Decian. dict. cap. 7. n. 31. Mafcard. de probat. conclus. 1253. n. 20. Farin. d. queſt. 145. num. 74. Berlich. d. conclus. 41. num. 8. & 9. Carpz. in pract. part. 1. queſt. 40. num. 26. Ex nostris Azevedo, in d. leg. 2. num. 83. Vela, dict. cap. 29. num. 4. Zevallos d. q. 596. num. 3. 25 cum seqq. Pater Sanchez, de matrim. l. 7. disp. 12. num. 21. Reus epim de quo agi- D. D. Laur. Matthaeus de Re Crim. Pars 1.

mus non abduxit fœminam de vehiculo adhibita vi, sed aliquantulum, vehiculum à domo ipsius deviavit, non ad etremum transtulit, cum intra mœnia vehiculum detinuerit, non animo retinendi, vel abducendi secum, sed facilioris coitus gratia. Ac per consequens non raptum patravit, non violentiam personæ fecit in translatione, quæ necessaria est ad raptum perficiendum, ut probat plurib. Farinac. dict. queſt. 147. n. 31. Sed in ag- gressu, quod remaneat in terminis ita- pri, seu adulterii per vim attentati, & non perfecti; in quibus criminibus non reperitur specialitas, qua in raptu, pu- niendi scilicet eadem pœna effectu non secuto, ut ex dictis refutat abunde.

His positis, non obstant in contrarium adducta. Non primum neque secundum, quia ex ratione decidendi responsum eis dedimus. Ad tertium dicendum est, quod ad aliquam pœnam imponendam pro raptu, vel violentia requiritur quod fœmina honesta sit, quod verificabatur in nostra specie, ex eo quod nupta esset, & hac qualitate deficiente, cum neque vidua, neque virgo esset, accessus licet violentus, non esset punibilis, ut plures tenent, quos adducunt Farin. dict. queſtione 145. num. 153. cum seqq. Anton. Mat- theus, d. tit. 4. cap. 2. n. 4. Neque adul- terio non perfecto pœna ordinaria de- betur, d. leg. 1. in fin. ff. de extraord. cri- min. plurib. Farinac. q. 141. num. 103. Ad quartum dicendum erit quod qualitas 27 amicitia, atque strictissime familiarita- tis, cum Dominis, non est comprehendenda, in legibus nostris, in dux exclusa; quia per eas requiritur, quod fœmina corru- pta habeat in ipsa domo. Et licet veri- ficationis sit, quod patravit, sive patrare con- natus fuit rem pessimi exempli, cum pœna commensuranda sit delicto, durissimum esset vitam adimere pro solo cona- tu, quando perfecto flagitio, ut plurimum mortis pœna afficiendus esset; & con- gruerunt publicæ utilitati consulebatur hunc reum flagellis per plateas cæden- do, quorum pœna ratione ignominie æquals, vel major ipsa morte reputatur, ut dixi, controvers. 42. num. 29. cum seq. Et sic iste reus condemnatus fuit pœna ducentorum verberum & remigi per decennium, sententia diei 23. Februario anni 1667. Et ut cæteri carrucarii de- terrentur Aula prudenter iustit, quod sicut præco in executione sententie di- cere solet: *Esta es la justicia que manda* 28 *N n 3 haçer*

hacer el Rey nuestro Señor en este hombre
in hac specie diceret, prout cum effectu
dixit: *En este Cochero, quod ingenti
plausu à multitudine populi receptum,
& exauditus fuit.*



CONTROVERSIDA LVI.

*De Sarraceno & Christiana libidi-
nem exercentibus, & an per
Baptismum pena remissa conse-
atur.*

SUMMARIUM.

- 1 Falli species traditur.
- 2 Matrimonium infidelis, cum fidele, sub
pena mortis prohibitum.
- 3 Iudeus, & Christiana contrabentes, pa-
na adulterii puniuntur.
- 4 Adulterii pena capitalis est de jure
Codicis.
- 5 Sarracenus, & Christiana contrahentes,
pena capitali plectuntur.
- 6 Coitus Christiani, cum infideli damnatus
omni jure.
- 7 Sed pena arbitraria graviori puni-
tur.
- 8 Matrimonium contractum inter Ju-
deum, vel Sarracenum, & Chris-
tianam de jure Hispano pena mortis
coercetur.
- 9 Coitus inter predictos si feminam inho-
nesta sit, pena fustigationis pro pri-
ma vice coercendus.
- 10 Pro secunda vice, pena mortis impo-
nenda est.
- 11 Sarracenus baptizatus non consequitur
remissionem pena in foro judiciali.
- 12 Tam si fraude, quam absque ea, baptis-
mum suscipiat.
- 13 Contraria sententia benignior, est ad-
mittenda.
- 14 Præmaximè in delictis carnis, quia
cessat causa aggravationis pena.
- 15 In his plurimum operatur prudentis
Judicis arbitrium.
- 16 Deciso Aula ad favorem Baptizati.
- 17 Absolutio h[oc] facta fuit favore baptis-
matis, tamquam ejus effectus, qui
non egreditur personam baptizati.
- 18 Et sic non videbatur extendenda ad
feminam, que eadem pena teneba-
tur.
- 19 Expenditur Textus, in leg. denuncia-

se 17. §. queritur, ff. ad leg. Jul. de
adulteri.

20 Deciso Aula ad favorem i[st]ius fa-
mina.

DUM unus ex Dominis Au-
la nocturno tempore ur-
bem lustraret, vitrum, & sce-
minam in actu veneto ap-
prehendit, in vico devio à
frequentiori commercio. Perquisitione
facta quinam essent, facilimè repertum
fuit illum esse servum cuiusdam magnati,
& Sarracenum; & illam mulierculam
inhonestam. Ad caserem perducti, &
causâ fulminata, Sarracenus conversus
fuit ad fidem, cōqu more solito catechi-
zato, baptismum suscepit: Dominique
annuente, matrimonium contrahere fe-
stinabat cum ipsa muliercula. Dubitaba-
tur qua pena essent puniendi.

Nemini dubium erat, quod similis
coitus damnatus omni jure repetitur.
Et licet matrimonium initum inter in-
fidelem, & fideliem capitali pena ple-
ctatur, ut probat Text. in leg. ne quis Chri-
stianam 6.C.de Iudeis & Calicoli. ibi: adul-
terii vicem commissi hujusmodi crimen ob-
tinebit. Text. in l. 1. Cod.Theodos. de nupt. ubi Jacob.Gothofredus. leg. 5. eodem Cod.Theo-
dos. ad leg. Juli de adulteri. Quo jure
adulterii pena mortis est, ut probat
Text. in l. quamvis. C.ad leg.Jul.de adult. ubi Doctor. l. quad. mulieres 6. C. Theo-
dos. de Iudeis, que licet de Iudeis lo-
quantur, ad Sarracenos extenduntur, ut
probat Farin. quest. 149. num. 39. expre-
sæque cautum reperitur in l. unic. Cod.
Theodos. de nuptiis gentil. ibi: Capitaliter
expietur. Nam Imperator in eo Tex-
tu, loquitur de nuptiis contractis, inter
Barbarum, & provinciale, que jure,
& religione Romana utebatur, quod
est idem ac si de Sarracenis tractaret;
nam licet Judæi peiores omnibus sint,
cap. nonne 37. 1. q. 1. Sarraceni, & Paga-
ni æquales cententur, ut ex S. Augustino
probat Scaccia, de re judicat. cap. 1.
gl. 1. quest. 1. n. 240. cum segg. Tamen ex 5
impli accessu pena arbitraria plectuntur,
licet graviori, quam si ambò
ejusdem religionis essent, quia crimen
gravius est. Tex. in cap. nonnullis de Iudeis
& Sarracen. sic docent Paul. Grilland.
de pen. omnifar. coit. q. 12. n. 4. Jul. Clar. in
præl. crimin. §. fornication. 20. Tiber.
Decian. lib. 5. tract. crimin. cap. 12. n. 20.
Jacob. Menoch. de arbitrar. case 290.

num. 9.

Controversia LVI.

427

num. 9. Farinac. d. quest. 139. ex num. 4.
6 Tuschus, litt. 1. conclus. 173. à num. 7. Ca-
ballus, cas. 4. ex num. 2. August. Barbosa,
in collect. dict. l. ne quis, num. 3. & in col-
lect. dict. cap. in nonnullis, num. 7. Anton.
Matthæus, de crimin. lib. 48. ff. tit. 3. cap.
1. num. 15. ad fin. & num. 1. Berlich.
præcitatib. part. 5. conclus. 38. num. 120.
Benedic. Carpzov. in præl. crimin. part. 2.
7 quest. 69. n. 43. Ratio disparitatis est,
näm matrimonium inter diversi cultus
sectatores impeditur, ne infidelis fide-
lēm seducat, & pervertat: ita pluribus
docet Sanchez, de matrim. lib. 7. disput.
71. num. 2. & 9. Anton. Matth. d. cap. 1.
num. 16. Et Jacob. Gothofredus, in dict.
leg. quod ad mulieres 6. C. Theodos. de Ju-
deis. Cū autem hæc ratio ut plurimum
cesset in simplici accessu, inde fit, quod
accessus mitius puniatur.

8 De jure Hispano matrimonium scien-
ter contractum inter Judæum, vel Sar-
racenum & Christianam, vel è contra,
pena mortis punitur. Text. in leg. 3. ti-
tulo 1. lib. 4. for. legum. ibi: y[ea] si fuere Mo-
ro o judio fueran por ello ambo, latè Do-
minus Covarr. de sponsal. par. 2. cap. 5.
§. 11. ex num. 1. Villadiago, in l. 1. tit. 1.
li. 3. for. judic. Dominus Gregor. Lopez,
in l. 15. tit. 2. part. 4. Gloss. 1. & 2. Sed
ratione coitus cum femina in honesta,
ut in nostra specie, pro prima vice am-
bo fustigandi sunt, pro secunda ver-
poenam mortis incurrit: Tex. in l. 10.
ad fin. tit. 25. part. 7. ubi Dominus Greg.
Lopez: ob quod pena extraordinaria
punieros esse docent Dominus Co-
vartuv. dict. §. 11. n. 3. Anton. Gomez,
in leg. 80. Taur. n. 26. Tellus Fer. in l. 9.
Taur. num. 7. Matienzo, in leg. 7. tit. 8.
lib. 5. recipil. gliss. 11. num. 5. Azevedo
in leg. 7. tit. 20. lib. 8. recipilat. num. 77.
10 Gutierrez, in præl. crimin. quest. 24. ex
n. 2. Et licet per hunc Textum medie-
tas bonorum amittatur, in nostra spe-
cie inopia feminæ hujus disputa-
tionis curam exclusit. Cū autem non pro-
baretur reiterasse copulam hos reos, &
femina in honesta esset, nemini du-
biuum erat quod juxta dict. leg. 10. poenà
fustigationis ambo tenebantur.

11 Sed an ex eo quod Sarracenus con-
versus ad fidem fuisse, & baptismi lava-
cro regeneratus, pena remissa cense-
retur, dubitatum fuit. Ratio dubitandi
est, quia licet infidelis per baptismi la-
vacrum consequatur remissionem om-
nium delictorum, Text. in cap. ex quo in-

stituta 6. de consecrat. dict. 4. hoc intelli-
gitur quoad Deum, non tamen quoad 12
judicialia, ut ad partes disputat perdo-
ndet hanc questionem, Anton. Gamma,
in tract. de sacram. pref. ultim. supl. dam.
quest. 3. per totam, qui negativam defen-
dit ex n. 4. sequendo Decium in cap.

qua in Ecclesiast. ad fin. de constit. Cu-
jus opinionis fuerunt Tiber. Decian.
lib. 3. tract. crimin. cap. 30. n. 8. Guazzin.
defens. 2. cap. 7. num. 30. Joan. Bodin. in
tract. de Demonum. lib. 4. cap. 5. Carpzov.
in præl. part. 1. q. 49. n. 74. & ex nostra-
ribus Dominus Covarr. lib. 2. var. c. 10.
num. 4. Petrus Plaza, in epitom. delictor.
lib. 1. c. 34. n. 17.

Sed contrarium resultat ex dict. c. ex 13
quo instituta, & ex cap. quod autem 32. q.

1. abi Glos. verbo p[ro]nuntiis, Felin. in cap.
de his, num. 4. de accusat. Julius Clarus,
in §. fin. quest. 51. num. 9. Tiraquel. de
p[ro]p[ri]et. temper. cas. 25. ex num. 1. Cabal-
lus, cas. 113. num. 4. cum sequentibus, Fa-
rinacius, quest. 98. n. 145. cum sequentibus.
Quorum sententia tanquam benignior
amplectenda est, præmaxime in delictis
carnis de quibus loquuntur Text. in d.
c. quod autem, & Glossa, ibidem, verb. p[ro]nun-
tientis. Et licet de rigore juris opinio
Gamma verior sit, tamen Fat. d. q. 98. 14
num. 147. ait duas prædictas opiniones
concordando, quod hoc relinqu debet
arbitrio Judicis, qui perpendat an de re
publica sit reum baptizatum absq[ue] po-
ena dimittere, an verò punire: Quia ne-
gari non potest, quod quando reipubli-
ca gravis iactura sequi non potest, bap-
tismi effectus favendus est; ut innuit
Divus Augustinus, in dict. cap. quod
autem 3. parte q. 69. art. 2. ad 3. ibi: Remaneat ta-
men obligatus adhuc quoad homines, quos
justum est adficari de pena, sicut scandali-
zati sunt de culpa. Piè tamen talibus Prin-
ceps posset p[er]nan indulgere. Et sic quan-
do delictum est atroc, & scandalolum,
vel suspicio fraudis intervenit, opinio 16
Gamma est in praxi servanda, ut in Re-
gno Valentiae observari vidi in seruo
dominum occidente, qui licet Baptis-
mum suscepisse, mortis p[en]am acer-
bam passus fuit. Sed in levioribus æqui-
us est, quod favore Religionis effectus
Baptismi amplietur, & sic dissinuit
Aula hoc in casu Sarracenum jam con-
versum ad fidem, absolvendo.

Sed pulchre dubitabatur an absolutio 17
extendenda esset ad feminam. Ratio

N n 4 dubi